

# PRIVILEGIUM.

**N**Os Consules & Senatus Liberæ hujus ac Imperialis Civitatis Coloniae Agrippinae ad Tractum Rheni tenore praesentium Concivi nostro JOANNI WILHELMO STEINBÜCHEL, ejusque Haeredibus Privilegium nostrum olim gratiose concessum, ut Libellum sub Titulo: *Der Himmlischer Weeg-Weiser* privativè imprimat, ad alios decem annos subsequentes extendimus, omnibus & singulis Bibliopolis, Typographis, seu rem librariam exercentibus firmiter, & seridè interdicentes, ne quis intra spatium decem annorum subsequentium ab hodierno die computandum in vilipendium hujus à Nobis concessi ulterioris Privilegii simul, ac ante nominati Concivis nostri, aut Haeredum ejus damnum & praejudicium, supra memoratum Libellum ex toto vel ex parte, & sub aliâ formâ aut titulo recudere, vel aliis recudendum dare, alibive impressum, aut posthac imprimendum huc inferre aut distrahere, aut etiam ad nuadinas, aliorsùm citra Supplicantis, aut Haeredum ejus consensum transmittere ausit, vel praesumat, secùs faciendo omnium Exemplarium confiscatione, aliâque pœnâ arbitrariâ omni spe veniæ sublatâ mulctandus; Dummodo tamen tenor hujus nostri Privilegii in fronte Libelli impressus reperiatur, harum Testimonio Literarum appositione Sigilli, & Secretarii Subscriptionem munitarum, quæ dabantur Coloniae 8v<sup>o</sup> Januarii 1766.

( L S. )

J. P. WIRTZ Dr. Secret.



Zaffel